Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36532
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



lamo sex cubitorum et palmo. porta uero eiusdem edificii quatuor decim
cubitis mensurata. Cui portę frontes esse perhibentur. lx. cubitorum.
quę cuncta stare iuxta litteram nullatenus ualent. Quomodo enim
totum simul edificium calamo. idem. vi. cubitis et palmo mensuratur.
et portę edificii in quatuordecim cubitis. frontes uel portarum
in. lx. cubitis extenduntur. Porta uero in ciuitate est. frontes uel
in portis. et nulla recipi ratio potest. quia minus est hoc quod
continet. ab eo quod continetur. In sacra enim scriptura et ea quę
accipi secdm hystoriam possunt. plerumq; spualiter intelligenda
sunt. ut et fides habeatur in ueritate hystorię. et spualis intel
ligentia capiatur de mysteriis allegorię. sic illud quoq; nouimus
quod psalmista ait. Quo uidebo celos tuos opa digitorum tuorum. lu
nam et stellas quę tu fundasti. Ecce enim in exteriori descriptio
ne stat sermo rationis. quia et celi opa di s. et luna ac stellę ab
eo creatę atq; fundatę sunt. S; si hoc psalmista iuxta sola ex
teriora opa. et non etiam secdm intellectum mysticum assent. qui celos
opa di professus est. dicturus lunam et stellas. cur non etiam solem que
scimus qa eius opus est partter enumerauit. Si enim iuxta solam
litteram loquebatur. dicturus luminare minus. prius luminare ma
ius dicere debuit. ut ante solem. et post stellas atq; lunam fundatas
esse phiberet. S; quia iuxta intellectum mysticum loquebatur ut lunam
scam ecclam. et stellas omnes scos accipere deberemus. solem nomi
nare noluit. quia uidelicet ipsi ctno soli loquebatur de quo scriptum
est. Vobis autem qui timetis dnm orietur sol iustitię. De quo rep
bi in fine dicturi s. Sol iustitię non ortus est nobis. Dicendo ergo
Lunam et stellas quas tu fundasti. et tam tacendo solem quem factus est.
indicauit quia illi soli locutus est. qui non solum solem et lunam et stellas
corporaliter sed etiam lunam ecclam. atq; stellas omnes scos spualiter
fecit. Si ergo cum aliqd deest hystorię. apta ratione ducimur ad in
tellectum allegorię. quanto magis illa spualiter accipienda s.
in quib. iuxta rationem litterę hystoricum nichil sonat. Facta
est sup me manus dni. et adduxit me illuc in uisionib; dni. ~~adduxit me illuc in uisionib; dni~~ adduxit me in tra israel. Qd dixerat
adduxit me illuc. hoc replicans subdidit. Adduxit me in terram